

# Sermo

## III

ganduz alia tria elementa que ex peccatis hominum sunt infecta et corrupta. De illo igne dicit David Ignis ante ipsum procedet et iuflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbiter vidit et cōmota est terra. Omnes sicut circa fluixerunt a facie domini a facie domini omissis terra. ps. xvij. Nota inimicos eius. Dic quomodo peccatores sunt inimici christi. Sed quare dicit quod inflamabit inimicos cum tam boni quam mali morientur in illo igne. Ratio. quia boni et amici dei morientur in illo igne. sed sine pena et dolore. sed mali et inimici morientur cum maxima pena et dolore. Ideo solum nominavit inimicos christi. Nota pulchre de b. iij. sch. di. xl vij. ar. vlt. q. ii. 7. iij. Et primo quod ignis ille finalis conflagratio est ad hunc quod iudicium procedet ager. ut instrumentum diuine iusticie. et iterum per virtutem naturalem ignis quantum pertinet ad virtutem naturalem ipsius simul ager in bonos et malos qui vivi repientur utrumque corpora in cinerem resoluendo. in quantum vero agit ut instrumentum diuine iusticie diuersimode ager in diversos quantum ad sensum pene. mali enim per actionem ignis cruciabuntur. boni vero in quibus nihil purgandum inuenientur. omnino nullum dolor sentient sicut nec pueri senserunt in camino. David. iij. quis eorum corpora non seruent integra sicut puerorum seruata fuerunt. et hoc diuina iustute fieri potest ut sine doloris cruciatu resolutionem corporis patiantur. boni vero in quibus aliquod purgandi repieg sentient cruciatu doloris ex illo igne plus vel minus per meritorum diuersitate et illi subito purgari poterunt propter tres casus. Una est quia pauca purganda in eis inuenientur cum terroribus et persecutoribus procedentibus fuerint purgati. Secunda est quia viui et voluntarii sustinebunt penam. pena autem in hac vita voluntarie suscepita multo plus purgat quam pena post mortem inficta. ut patet in martyribus. quod si quid purgandum in eis inuenitur passionis falce tollit ut Augustinus dicit. cum tamen pena martyrum breuis fuerit in compatione ad penam quem in purgatorio sustinet. Tertia est. quia calor ille recuperabit in tensione quantum amittit in temporis abbreviatio. Sed quantum ad actum quem post iudicium ignis ille habebit in damnatos tamen ager. quia omnes boni habebunt corpora impassibilia. Moraliter nota hic contra illos qui nolunt facere penitentiam modo quot domini tempales. quot prelati ecclesiastici etc. tunc vellent facere quoniam videbunt ignem. sed nihil valebit. quia non charitate sed timore servili fieri. Dic practice de quolibet statu. Ideo modo faciatis penitentiam remittatis iniurias. restituatis suate religionem vestram. consiteamini clericis ematibus breuitaria. Quidam si essetis certi quod ista villa deberet in brevi cōburi quid facheretis nunquid mutaret omnia bona vestra. sic est de mundo isto in brevi cōbusturo. Ideo mutetis corda vestra in celum et

os loquedo de deo cum reverentia et opera bona faciendo. Hoc psiliū est christi dicitur. Nolite vobis thesaurisare thesauros in terra ubi erugo et tinea consumolit et vobis fures effodiuntur qui furantur. Mat. vij. Nota ubi erugo et tinea. i. antixp̄s et ignis deuorabunt omnia. Tertium malum erit tribulatio tertiū quod universalis que tangit in tertia parte euāgelij. ibi. Tunc videbūt filii hominis venientem in nubes cum potestate magna et maiestate. Dic præcepte quod potest mundi conflagrationē christus dominus et iudex cum virginē Maria et cum omnibus angelis et sanctis descendet ad faciendū iudicium sedes in throno in aere et archangelus michael clamabit voce magna dicit. Surgite mortui venite ad iudicium. Tunc subito iustitia diuina resurgent omnes mortui tam boni quam mali etiam pueri resurgent. adulti et omnes congregabuntur ad iudicium. etiam illi qui mortui fuerunt in utero matris. ut dicit sanctus Thoma. ad accusandum illos quorum culpa mortui sunt sine baptismo. et omnes resurgent in etate. xxx. annorum ut supra patuit in primo sermone patre domine dñe adiūtus. De isto iudicio universalis dicit ipsemet christus. Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo. Tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ad eum omnes gentes et segregabit eos ab inuicem sicut pastor segregabat oves ab hedis. Et statuet oves quidam a dextris eius. hedes autem a sinistris. Matth. xxv. Athanasius. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis rationē. Qui bona egerunt ibunt in vitam eternam qui vero mala egerunt in ignem eternum. Dic qui sunt oves et qui sunt hedi et quomodo dicet dominus. Iustus his qui erunt a dextro. Venite benedicti patris mei etc. Hedes autem qui erunt a sinistra dicet. Discedite a me maledici. etc. Et ibunt hi. scilicet mali in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam. Matth. xxv. Et de cetero nullus habitabit in isto mundo. quia habito fine cessant ea que sunt ad finem. Et habito termino cessat motus. Ideo ecclesia in persona cuiuslibet christiani dicit orando. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. quando celi mouendi sunt et terra. Et deo gratias.

**H**ec sunt signa in sole et luna et stellis. Luce. xxij. Euangelium hodiernum non declarat quod signa erunt ista. si iohannes cuius Christus revelauit declarat ista signa Apocalypsis. vij. di. Ecce terremotus magnus factus est et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus. et luna tota facta est sicut sanguis. et stelle ceciderunt de celo super terram. sicut fucus emitit grossos fructus cum a vento magno mouetur et celum recessit sic et liber inuolutus. In his quoniam clausulis ponit

# Dominica secunda Aduentus

beatus iohes signa terribilia que erunt tempore antichristi de quibus dicit thema ppositum. Erunt signa in sole tecum. Prima clausula dicit. Ecce terremotus factus est magnus. Ecce hic subiugatio humana quia ille maledictus antichristus subiugabit omnem terram diuersis modis. Ideo dic. Ecce tremor factus est magnus. et loqui de futuro ac si iam fuisset propter certitudinem prophetie. quia sicut propter non potest esse non propter sic istud impossibile est non evenire. Antixp subiugabit sibi omnes generationes mundi. Primo iudeos quos decipit deus. qui ipse est messias promensus in lege et recipiet circuncisionem et statim iudei sequent eum dicendo vivat vivat iste est noster messias. quia sicut cecus postquam amisit bordonem seu ductorem suum nihil afferre potest. sic populus iudaicus postquam amisit bordonen suum. id est christum messiam verum ipsum negando de quod tamen dicit deus pater. Ecce testem populis dedi eum ducez ac preceptorem gentibus. Eze. lv. Nota testem. scilicet secretis fidei. ducem ac preceptorem. quia cepit iesus facere et docere. Acti. i. Et iudei habebant ipsum in manibus. Quia inter ipsos fuit natus nuntius et couersatus. Sed amiserunt eum corum culpa et non christi dicentes coram pylato. non habemus regem nisi cesarem. Ideo modo recipiunt ut ceci omnes quotquot veniunt ut patet de barcozinam quem receperunt ut messiam et regnauit. xxx. annis Idem de bencosinam incantatore. Idem de dia bolo in insula candie ut patet in historia ad vincula sancti petri. Idem de tabellano. Autoritas. Ambulabunt ut ceci quia dominus peccauerunt. Sa piei. j. Ido tunc statim recipiet antichristum qui fraudulentus et coopto modo recipiet circuncisionem et seruabit sabbatum et alias ceremonias propter hoc dicens goth. i. cooptus Ezech. xxviii. Factus est primo domini ad me deus. Fili hominis. id est adeponne faciem tuam contra goth. Eni iudei ut reprobatis ipsum recipient. de hoc dicit christus iudeis. Ego veni in nomine patris mei et non accepistis me. si propter quia altius venerit in nomine suo illum accipietis Ioh. v. Secundo subiugabit sibi omnes agarenos. turcos et infideles non coopte sed discoopte et propter violentiam propter hostes armorum. quia dicit scriptura. qui erit dominus omnium thesaurorum auri et argenti et margaritarum que sunt et fuerunt in venis terre. siue in mari. Bani. xj. Et omnia ista habebit ministerio demonum deo permittente. Secundus modo quia diabolus non potest dare obolum. quia deus modo non permittit secundum permittet propter partem hominum et faciat guerram contra infideles. et statim omnes gentes de francia de italia etc. erunt cum eo et cum istis subiugabit sibi omnes infideles discoopto modo. Et propter hunc alio nomine de magoth. i. discooptus non credatis quod goth et magoth sunt ille decem tribus que sunt

vltra montes caspios de quib<sup>z</sup> loquuntur docto-  
res opinatiue sed nō determinate. sed ille goth  
et magoth est antichristus. de q<sup>z</sup> Ezech. xxxviii.  
Fili hominis pone faciem tuam cōtra goth et ma-  
goth et terrā. i. cōtra gentes terrenas rē. II Ter-  
tio subiugabit sibi christianos qui sibi faciēt ma-  
iorem resistentiā q̄q̄ infideles eo q̄ sunt iam auisa-  
ti p scripturam sacrā et p p̄dicationes. et ppter h̄  
dicit antichristus ab anti qd est cōtra et christus  
id est. qd est cōtra xp̄m. i. xp̄ianos. De isto noīe  
dicit beatus Joh̄es. Filioli mei nouissima hora  
est et sicut audiūstis antichristus venit. i. Joh. ii.  
Ecce quo subiugabit sibi totū mūdū. H̄e ad lit-  
teram dicit Daniel ut exponit ab omnib<sup>z</sup> docto-  
ribus. Ingrediet terras et cōteret et ptransiet et  
introibit in terram gloriosam et multe gentes cor-  
ruent. H̄e autē sole saluabunt de manu ei<sup>z</sup> edom  
et moab. et pincipes filiorū amon. Dan. xj. Nō in-  
grediet terras sc̄z infidelium rē. Et conteret et p  
transiet rē. Et introibit in terram gloriosam sc̄z  
christianitatis. Et multe sc̄z ḡetes christiane cor-  
ruēt sed nō omes. H̄e autē sole saluabunt. edom  
quod interptat sanguinea. qz gentes sanguineē  
saluabunt. s. ille que potius eligant mori q̄ ab-  
negare christū. Et moab qd interptat de patre  
vel ex patre. Ecce hic innocētes qui nō negabūt  
fidem christi. Et pincipes filiorum amon quod  
interptatur populus meroris. Ecce hic peniten-  
tes omes isti saluabunt. pincipes. id es. pincipali-  
ter penitentiam facientes. Ecce quare dicit pma  
clausula. terremotus factus est magnus. O qua-  
lis terremotus erit quādo omes reges pincipes  
et dñi terrarum erunt sibi subditi. Et amotis ar-  
mis et signis christi ponent arma et signa antixp̄i  
et fient pconisationes ordinationes et leges ex p-  
te antichristi et omes erūt cōtra iesum christum.  
¶ Sc̄da clausula dicit q̄ sol factus est niger tanq̄  
sace cilicin. qz ex falsis miraculis atixpi et suorum di-  
scipulorum. xp̄iani pdet fidē. Isto mō sol iusticie fieri  
niger i cordib<sup>z</sup> xp̄ianorum. Et tanq̄ saccus cilici-  
nus. quia non retinebunt aquam baptismalem  
imo negabunt fidem christi. et sicut cilicium ē asper-  
rum et durum sic tunc fides christiana videbitur  
aspera et dura confitentibus eam. Ad practicam  
de falsis et apparentibus miraculis antichristi di-  
cit beatus Joh̄es apostolus Apocal. xiii. Q  
faciet descendere ignem de celo. et faciet loq̄ima-  
gines virtute diabolica. Tunc dicent gentes Et  
nunquid vidistis tam magnum miraculum. Ista  
debet esse veritas q̄ iste est saluator mundi. et  
sic denigraditur christus in cordibus christiano-  
rum. Si dicatur eis faciat miracula que fecit  
christus suscitare mortuos rē. Dic practice quo  
modo facient hec virtute diabolica ad decipi-  
endum gentes. Ecce quomodo sol factus est  
niger non in se sed in suis christianis sic dece-  
pit qui perdent fidem. Ideo x̄ds quisando nos

# Sermo

## III

dicit. Surgent spredo christi et pseudo prophetæ et dabunt signa magna et prodigia. ita ut in errorem inducant sifieri potest etiam electi. ecce predixi vobis. **Matt. xxiiij.** Tertia clausula dicit et luna facta est tota sic sanguis. ecce hic tormenta que dabit antichristus quoniam erunt multe sancte personæ quoniam credent illis falsis miraculis. immo stabunt fortes in fide christi. **Cotra istos dicant antichristum et sui. moriantur. et dabunt illis talia tormenta** quod tormenta primorum martyrum scilicet Bartholomei et vincitum katherine et ceteris. nihil fuerunt respectu istorum quia durabunt per annum vel plus secundum modum membra corporis et articulos et ceteris. Secundum tormentum erit cordis. quoniam coram pentibus recipiet filium per pedes dicendo quis viuet christus vel antichristus. Si dicas viuat iste dominus eris damnatus. Si dicas viuat christus coram te occidetur filius tuus qui erit martyr christi. **Beatus** ausando nos dicit christus. Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo neque fiet. et nisi abbreviati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. **Matt. xxiiij.** Et antichristus solus regnabit tribus annis cum diminuio. **Daniel. xiiij.** et **Apocal. xvij.** Quia venerit scilicet antichristus. oportet illum breve tempus manere. Quarta clausula dicit. Et stelle de celo cadent super terram. sicut si cusemittit fructus suos. cum a vento magno moueretur. Ecce quartus modus scilicet disputationum. quod verba non sunt nisi ventus. Dicunt discipuli antichristi. Veritas non querit angulos ideo disputeremus. Dic practica disputationis et quoniam illi arguent cum argumentis sophistis et rationibus palliatis quia diabolus loquetur in ore ipsorum interius quod magistri nostri nec doctores poterunt eis respondere. quia diabolus ligabit linguam ipsorum permittente deo propter malam vitam literatorum. Qui ergo potest ligare leenan. id est animam bene potest ligare oueum id est linguam que non est nisi fructus carnis. Item quia ille disputationes non erunt nec sient de rationibus phororum. nec poetarum sed de biblia et prophetis et modo nullus curat de biblia. immo est res grossa vel materia et ceteris. Ideo tunc christiani cadent de celo. quia prout fidem dicendo. Magistri non possunt respondere factum est. ista est vita. tunc stelle cadent de celo et ceteris. Si vero aliquis post disputationem secrete vellet petere consilium vel querere veritatem ab aliquo magistro vel a suo confessore quid credendum est. non debet expectet unum modicum videbo quid dicit litera vel glosa ordinaria super hoc. Tunc stelle cadent de celo et ceteris. de hoc prophetia. Faciet iuxta voluntatem suam rex et eleuabitur et magnificabit aduersum deum deorum. id est angelorum et loquetur magnifica. **Ban. xiij.** Quinta clausula dicit celum recessit sicut liber inuolutus. id est absconsus. Ecce hic quantus modus. scilicet donorum et permissionum bonorum terrenorum tunc celum recedet. quod pauci cura-

bunt de celo. id est de permissionibus celestibus a christo factis. scilicet de permissionibus antichristi. Hic quo anti christus mittet discipulos suos per mundum qui predecabunt aliquas veritates. scilicet finis mundi in statu. ideo quod pareret se singulariter per opera misericordie et pietatis quia multi placent deo. tamen credatis quod nos non solum christi predicamus sed etiam ope. si inveniatis sunt aliqui personæ indigentes. veniant ad nos et faciemus eis misericordiam et ceteris. Nota practice quo vidue dicunt comatribus. audiuitis hodie istos sanctos homines. Ideo vadamus. Hic quomodo non solum vidue sed etiam mulieres milites et scutiferi pauperes qui omnia expendunt in vanitatibus venient ad eos qui dabant eis denarios ad copiam. Tunc dicunt gentes. Iusti sunt boni predicatorum nec minorum simo deridebunt fratres illorum. Tunc dicet viror viro suo quare vos non vaditis ad istos sanctos homines ut dent vobis si cut vicinus vester talis iuit et habuit tamen ab eis et modo est diues cum tamen est pauperrimus et modo iam maritus una filiam suam et ceteris. Qui non debet. O mulier per certum istud non est bonum signum. malus est bolus quod strangulat hominem. Et viror. O benedic deum tam sanctus estis et ceteris. isto modo habebit oculis auaros. Item dabit honores. dignationes. potestates. priuatiōes. reges amouēdo et principes terre. et alios sibi obediētes constitudo. Sic habebit omnes reges domino principes et platos terre et quilibet festinabit ad obediendū ei. ut pueniat inimici suum. Item dabit habundantia ciborum et escarū dices comedatis et bibatis bene. et quod sunt esce. Ille vero iesus pauperrimus prohibuit ne comedederetis. Et etiam de anno amouēbit quadragesimam. Be mensibus quatuor tempora. Be hebdomada die veneris. Isto modo habebit omnes gulosos. Iste dabit omnes delectationes carnis. Franget totam legem matrimonij. Licenciat clericos et religiosos ut ducant virores. Quid dicunt mali clerici et religiosi. Iste est bonus dominus viuat viuat. Et dicent religiosi antiqui clerici et etiam moniales. O iste bonus dominus et tamen tardauit. Quilibet habebit quantum vel quinque virores. Si dicatur non sufficiet mulieres. Nota de demonibus succubis ut tempore noctis et faciet matrimonium sine litera et ipse puidet omnibus de pecunia et isto modo habebit omnes luxuriosos. Omnes et quis remanebit cum christo. pauci. autoritas debet prophetia. Multuplicabit gloriam suis et dabit eis patrem in multis terram dividet gratuito. Ratio. dñabit thesaurorum auri et argenti. **Ban. xiij.** ad literam exponit de antichristo. Ecce quod dicunt thema. Erunt signa in sole et luna et stellis. Remedium prodicta mala est illud hinc. **xv.** Si conuerteris conuertā te.

Sermo quintus.